n.1 29 13000

Indictione Tertia, die 29 Januarij.

Prouisio, et Refformatio
Ciuilitatis Gini q. Ghidinelli de Castro Sancti Petri, in qua inter cetera continetur, quod d.s Ginus, et eius Liberi et descendentes ab eo usq. in infinitum sint Ciues Ciuitatis Bononie, et gaudere debeant omnibus Priuilegijs; honoribus Imunitatibus, dignitatibus et comodis, quibus gaudent et gaudere debent ueri, et Originarij Ciues d.e Ciuitatis Bononie

In Dei Nõie Amen.

Noverint universi præs inspecturi qualiter in libro Provisio=
num Bedoris qd. Nicolai Dñi Thome Carneluarij Notarij Dnor
Antianor, Cõis Bononie Offitio Refformationum, Annor 1379 pro
secundis sex Mensibus, et 1380 pro primis sex Mensibus, Signato
nº: 10 Intr. alias Provisiones, in eod. libro registratas, et Maxime
sub folio 39. adest, et reperitur registrata infra, tenoris, pro ut
sequitur vid.

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis eiusd. Millesimo Tre=
centesimo octuagesimo, Indictione Tertia, die Vigmo Nono Mensis Janua
rij, Tempore Pontus Sanctissimi in Christo Patris, et Dñi Domini Urbani
Divina Providentia Papæ Sexti.

Consilium generale Quadringentor Populi, et Communis Bononie
Congregari fecerunt Magci et Potentes Domini, Domini Antiani, Con=
sules, et Vexilifer Justitie dti Populi, et Cõis in Palatio magno Ressi=
dentie prefator Magnificor Dnor Antianor in Sala Magna Supe=
riori dicti Palatij ad Sonum Campane, et Vocem banitor, ut Moris est,
In quo quidem Consilio, et Congregatione interfuerunt omnes prefati
Dni Antiani, et ultra quam due partes Consiliariorum dicti Consilij.
Et in quo quidem Consilio Egregius Legum Doctor Dnus Antonius de
Presbiteris Unus ex prefatis Dnis Antianis de consensu, presentia
et voluntate Dni Prioris ipsor Dnor Antianor proposuit infram
petitionem, et postam, prius per ipsos Dnos Antianos, et Collegia op=
portuna legitime approbata secundum Ordinamenta dicti Populi, et
Cõis, cuius quidem Petitionis, et postæ tenor sequitur in hec verba.~.
Vobis Magnificis Dnis Dominis Antianis Communis, et Populi

Civitatis Bononie Exponitur pro parte Gini q. Guidinetti de Castro S. Petri Notis, quod in Millesimo Trecentesimo Septuagesimo octavo, die decimo octavo Mensis Junij in Consilio Quadringentorum Communis, et Populi Civitatis Bononie facta fuit quedam informatio seu Provisio, in qua inter cetera continetur, quod dictus Ginus, et eius Filij, et descendentes abeo usque in infinitum sint Cives Civitatis Bononie, et gaudere debeant ab hora ipsius facte Provisionis in antea omnibus Privilegijs, honoribus, immunitatibus, dignitatibus, et comodis, quibus gaudent, et gaudere debent Veri, et Originarij Cives dicte Civitatis Bononie. Et quod ipse Ginus solvere teneretur Communi Bononie Mille, Centum Septuaginta libras bon., et Communi Castri Sancti Petri Quingentas libras bon. modis, et terminis in ipsa Provisione contentis. Et quod ipse Ginus teneatur absolvere dictum Commune, et Homines Castri Sancti Petri ab omnibus Iniurijs, Damnis, expensis, et interesse illatis eidem Gino per eos, Et è converso predictum Commune, et Homines terre Castri Sancti Petri teneverentur, et deberentur absolvere et liberare Magnificum Dominum dictum Ginum, et eius heredes, et Bona ab omnibus et Singulis Collectis, et honeribus, que possent ab ipso Gino, vel in eius Bonis petere usque in diem ipsius provisionis facte, vel etiam que deberi possent in futurum pro ut de predictis sic, vel aliter plus, vel minus patet in dicta Reformatione, seu provisione Scripta Manu Caigoni Bini Caigoni Rostexani Notarij, et tunc Cancellarij dictorum Dominorum. Exponitur etiam quod re vera dictus Ginus modis, et terminis in dicta Reformatione seu Provisione contentis solvit quantitates in ipsa contentas, et absolvit dictum Commune et homines Castri S. Petri, Et predictum Commune, et Homines ipsum Ginum secundum formam et modum ipsius Provisionis, pro ut de dicta absolutione patet publico Instrumento Scripto Manu Tonis Ludovici de Monterenzoli Notarij. Exponitur etiam quod dicta Provisio seu Reformatio non reperitur posita ad Cameram Actorum Communis, et Populi Civitatis Bononie, pro ut debuerit secundum formam Statutorum et Reformationum dicti Communis, et ob hoc ipsa Provisio, seu Reformatio censetur invalida. Quare pro parte ipsius Gini humiliter supplicatur quatenus

dignemini, et velitis providere, et firmari facere in dicto Consilio Quadringentorum Populi, et Communis Civitatis Bononie, quod dicta Provisio seu Reformatio Civilitatis, eidem Gino, et Filijs concessa valeat, et teneat, et plenum sortiatur effectum perinde ac si posita fuisset ad Cameram Actorum Communis et Populi Civitatis Bononie debitis, modo, loco, forma, et tempore, et pro ut debuit secundum formam Statutorum Communis, et Populi Civitatis Bononie, et quod Nihilominus de novo possit poni in dicta Camera Actorum per Notarios ad predicta deputatos, vel deputandos, Et eidem plena fides adhibeatur, et detur, et perinde valeat, ac si posita fuisset debitis modo, loco, forma, et tempore pro ut debuit secundum formam Statutorum dicti Communis, non obstantibus in predictis vel aliquo predictorum partis citatione non facta C. quotiens, et C. nec damnosa C. de Precibus imperatori offerendis, vel aliquibus alijs Iuribus Communibus vel Municipalibus Civitatis Bononie in contrarium quomodolibet faciendis, de quibus oporteat, vel non expressam, ac de verbo ad verbum fieri mentionem, quibus omnibus, et Singulis sit, et esse intelligatur quoad premissa ex certa scientia, et speciali gratia, specialiter, et generaliter derogatum. Super quidem petitione, et posita predictus D. Antonius de presbiteris sotius ac dominis Antianis suis Soccijs, ac hominibus dicti Consilij sanum, et utile Consilium petijt exiberi. Quid igitur placet dicto Consilio, et hominibus ipsius Consilij providere, decernere, et firmare; In quo quidem Consilio surrexerunt ad arrengandum ser Petrus Magistri Lenoc Notarius, D. Stephanus Dominici Tolomei de Notaria, et Magister Cambius tintor, Omnes Consiliarij dicti Consilij, et quamplures alij, qui arrengando consuluerunt, quod Petitio, et posita superius Scripta, et lecta cum omnibus in ea contentis procederet, et procedere deberet pro ut, et sicut Scripta, et lecta erat, et est, et effectui, et executioni mandarentur omnia, et Singula

Supta rigore, et auctoritate pntis Consilij quib. cumq. statutis ordinamentis aut legib. et alijs in d.ta petitione, et posta contentis in contrarium facientibus non obstan. Quib. Consilijs auditis, et intellectis pntis D. Antonius de pres=biteris unus ex DD. MM. Antia. is de consensu, ut s.ta Partitum fecit in hac forma, vid. quib. placet, quod pns Consilium, et homines ipsius Consilij reformet, et provideat, et fiat quod petitio, et posta supra: prout, et sicut lecta, et scripta fuit, et est executioni, et effectui Mandetur, et concedatur et fiat, ac plenum sortiatur robur, et effectum, auctoritate pntis Consilij ponant fabam albam, Contrarij vero, et illi quib. non placet ponant fa=bam nigram. In cuius quidem Consilij reformatione posita, partito ut premittitur facto, audito, et intellecto, datisq. fabis albis, et Nigris homi=nib. in d. Consilio existentib., et recollectis pro fratres Heremitar. Ordinis Sancti Augustini, ut Moris est, placuit ponentib. fabas albas, qui fuerunt numero Ducenti Nonaginta Novem, quod omnia, et singula in d.ta petitione, et posta contenta, et narrata, prout superius scriptum est, in omnib. et per omnia procedant, et fiant, et executioni manden=tur, firmentur, et firmata sint, et esse intelligantur aucta pntis Consilij et habeant plenum robur, et firmamentum, non obstant. aliquib. sta=tutis; vel alijs in d.ta Petitione seu Supplicat: contentis in contrarium fa=cientib., vel alijs in contrarium disponentib.; Illi vero quib. pta displicu=erunt, et fabas nigras in contrarium posuerunt, fuerunt numero Vi=ginti unius. Et sic legitime provisum, firmatum, et deliberatum fuit in d.o Consilio, Ac etiam deliberaverunt, et firmaverunt, et reforma=verunt omnia, et singula in d.ta petitione, et posta contenta ut superius scriptum est; vid. quod d.ta Provisio, seu reformatio Civilitatis, eid. Gino, et filijs concessa valeat, et teneat, ac plenum sortiatur effectum perinde ac si posita fuisset ad Cameram Actorum Cois. et Populi Civitatis Bononiae debitis modo, loco, forma, et tempore, et prout debuit secundum formam statutor. Cois., et Populi Civitatis Bono=niae; Et quod nihilominus de novo poni possit, et debeat in d.ta Ca=mera Actorum pro Notarios, et Offitiales ad pta deputatos, vel depu=tandos, et eid. plena fides adhibeatur, et detur, et inde valeat ac si posita fuisset debitis modo, loco, forma, et tempore, et prout debuit secundum formam statutor. d. Communis. Non obstantib. in ptis., vel aliquo predictorum partis Citatione non facta; Lege quoties, et lege nec danosa, Codice de precib. impat. offerend. vel aliquib. alijs Iurib. communib., vel municipalib. Civitatis Bo=noniae in contrarium quomodolibet facientib., de quib. oporteat, vel non expressam, ac de verbo ad verbum fieri mentionem, Quib. omnib. et singulis, quantum ad pta, voluerunt, et Mandave=runt esse spetialiter, et expresse derogatum.

Acta fuerunt omnia pta in Civitate Bononiae in d.o Consilio facto in Sala superiori Palatij Residentiae pfator. Dnor. Antianor., Presentib. fratre Grandolo de Sancto Georgio, fratre Tone de Castro Britoaum, fratre Nicolo, et fratre Floriano de Bononia omnib. fratrib., et Religiosis Ordinis Sancti Augustini Conventus Sancti Iacobi Stratae Sancti Donati de Bononia, Blaxio Andreae, et Pe=tro Franceschini de Cento ambobus Banitorib. Cois Bononiae, Testib. ad pta vocatis, adhibitis, et rogatis.

Ego Bedore q. Nicolai dd. D. Thomae Carnelvarij, Imperiali et Cois Bononiae Auct. Not., et Nunc Notarius pfator. Magnificorum Dominorum Antianorum, et Cois Bononiae Offitio Reformationum ptis omnib. dum sic agerentur, et fierent pns fui, et rogatus scri=bendo pta publice scripsi [signum]

Ita est, et affirmo, Ego Dominicus Maria q.d. Angeli de Iordanis

L + S

Filius Civis, Apostolica, Imperiali, et Communis Bononiæ autorita=
tib. Notarius Collegiatus, ac Unus ex Præsidentib. antedi.o Bononiæ
Archivio; In Quorum fidem hic me subscripsi, et subsignavi requisitus.
hac die xx Junii 1703

Ita quoque affirmo Ego Aloysius M.a q.d Ant.i Marci de Mele=
ghis Civis, Ap.lica, Imperialis, et Com.is Bon.æ auct.e Notarius Col=

L + S

leg.s, ac Unus ex Præsidentib. supto Bon.æ Arch.o In quorum fidem
hic me subscripsi, et subsignavi die, mense, et Anno quib. supra.